



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

R E G V L A L X I .

1 Legatum annuum, an mortuo legatario transmittatur ad hæredes suos. ut puta relinquo staria decem furmenti omni anno sempronio : an eo defuncto hæredes sempronii possint petere d. annuum legatum ab hæredibus testatoris. Bar. in l. generali. §. hæredis. ff. de usuf. lega. Rom. a sing. 71. ad finem. tenet q̄ non in legato annuo, nisi per annis præteritis & decursis ante mortem legatarii. Ita est in l. in singulos. ff. de annu. legat. secus in usufructu.

1 Fallit 1. secundum Rom. in annuo legato factio super prædio, seu fundo testatoris de stariis decem furmenti relicto Titio. quia tunc porrigitur ad hæredes, per textum in l. generali. §. hæredis. ff. de usuf. legat.

2 Fallit etiam quãdo relinquitur sempronio staria 20. furmenti usque ad tempus 25. annorum, quod intelligitur non de ætate annorum 25. legatarii sed de annis 25. post mortem testatoris. Ita Ias. in l. si cui legetur. §. hoc autem nu. 3. ff. de leg. 1.

R E G V L A L X I I .

1 Legatum factum Titio q. sempronii cum duo sint in ciuitate. quæro cui eorum debeat. Tu tene q̄ referendum est ad eum Titium, ad quem testator maiorem censetur habuisse affectionem, & amicitiam. Ita Rom. consi. 408 nu. 8. & Bal. in l. uoluntatis. C. de fideicom. nu. 11. facit in argumento. tex. in l. si quis. Ita §. si quis cum ignoraret. ff. de testa. tut. ubi decisum est, dationem auctoris testamento a patre filiis generaliter factam ad eos solos extendi. quos pater se habere sciebat; non autem ad eos quos ignorabat, quia de illis sensisse nõ censetur, quia sibi incognitos nulla prosequatur dilectione.

Et in his terminis secutus fuit casus, in hac felicissima ciuitate ad curiam proprii. Inter illos de cha Bembo, uidelicet d. David Bembo. q. Io. Matth. & d. David Bembo q. S. Aloy. qui casus deductus in excellentissimo consi. de 40. Cucerri